Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



suam phaeraeonem. siue etiam obsistere abeo animas deportare
eius conamur eripere. Est nobis indisputatione luctamen. Non
statim prima fronte ingredi debemus ad ultima quaestionum
loca sed occurrendum nobis est aduersario et occurrendum adaquas
suas. Quae enim sua sunt auctores gentilium philosophorum,
ibi ergo nobis primo disputare uolentibus occurrendum est.
utipsos arguamus et ipsos emersse doceamus. Post hoc
iam ingrediendum nobis est. et ad interiora festinamus;
dicit enim dominus; Nisi quis prius alligauerit fortem.
non potest introire in domum eius et uasa eius diripere.;
Prius ergo nobis alligandus est fortis et quaestionis uinculis
constringendus. et tunc introeundum ad diripiendaa uasa
eius et liberandas animas quas deceptionis fraude
possederat; qd cum saepius fecerimus et stauerimus.
contra ipsum stauerimus eo modo quo apostolus dicit.
State ergo succincti lumbos uestros in ueritate; et
induti loricam iustitiae in deo et uirtute agite.; Cum ergo hoc modo
stauerimus aduersum ipsum. ille artifex antiquus et
calidus et cum uinci se simulabit et decedere. si forte
hoc neglegentiores nos efficiat ad certamen. sed et
poenitentem simulabit. et deprecabitur nos discedere
quidem sed non longe discedere.; Ut nos et ipse sibi
aliquo expectetur uicinos. ut uultnos a suis finibus non lon
ge discedere.; Sed nos nisi abeo longius recedamus